Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift

chro exire non posset. qui ex incorruptis uisceribus salua uir
ginitate pcessit. Fefellit custodes. exiliuit de sepulchro. appa
ruit discipulis ianuis non aptis. inde clausis exiit. huc exclu
sis intrauit. In mense maiestatis archanum stetit in morte my
sterii. Crucifixus redit ab inferis & triumphat. Infer manum
tuam thomas lateri saluatoris. tange uulnera que nra pecca
ta fecerunt. scrutare unde sanguis effluxit. ut nobis sanitatis
poculum ppinaret. Intuere thoma pium nrm. signa clauo
rum diligenter adtende. & in ipsis uulneribus medicamentum
ut thesaurum humani generis recognosce. Nisi hic ligno fi
geretur. ligni illius puaricatio minime tolleretur. Sed ideo se
ille pati uoluit. ne nos diutius peccata pateremur. innocen
tem tradidit. ut reum solueret. Quis tantam digne possit elo
qui pietatem. Innocens affligitur. ut noxi liberetur. Vt re
dimat seruus. occiditur filius. Vtitur pii & fortissimi regis
officio. dum cicatrices quas pro salute ppli sui excepit. ostendit.
Aspicite pharisei uacuum monumentum. & impietatis ure co
gnoscite sacrilegium. Clauos quos fixeratis agnoscimus. & que
occidistis adoramus. Videte quem compunxistis. Poterat fi
xuras clauorum suorum dns resurrectione sua componere. sed
ideo reseruauit. ut qui hoc sacrilegium commiserant. uideant
& confundant. O crudelissimi pharisei. impios uos uideris &
pudos. Vni mors data e. ut omnib; tolleretur. Sed xps dns
quando mortem suscepit ita corruptione n sensit. quomodo
quando natus e integritate marie uirginis non amisit. Pro
peraite discipuli. & accepta potestate pomnes gentes excurrite.
renascantur in spu. qui nascuntur ex carne. aqua lauacri di
luat quicquid puaricatio sordidauit. baptizentur omnes
gentes in nomine patris & filii & sps sci ut impleatur illud